# Band VII., Nr. 2172, Seite 112-113

*Graf Ludwig von Oettingen beurkundet die von ihm geschehene Stiftung des Zisterzienser-Frauenklosters Kirchheim, dessen Begabung mit Besitz an verschiedenen Orten und Ausstattung mit der dem Zisterzienserorden zustehenden Freiheit von jeglicher Vogtei.*

## Wallerstein, 1270. September 30.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Ludewicus dei gratia comes de Oͤtingen universis Christi fidelibus presentibus et futuris hanc paginam inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam labente tempore memoria plerumque labitur actionum, acta nostra memori*e* digna litterarum munimine duximus confirmanda. Recognoscentes itaque, quod civitatem hic manentem non habemus, sed futuram non manu factam inquirimus[1] eternaliter permansuram, amicos de bonis temporalibus et caducis, qui nos cum defecerimus in tabernacula eterna recipiant[2], favente deo nobis facere cogitamus. Cum igitur pro remedio peccaminum et salute animarum nostrarum atque progenitorum nostrorum ad honorem et reverentiam Jesu Christi eiusque gloriose genitricis semperque virginis Marie de prediis et proprietatibus nostris abbatiam sanctimonialium feminarum Cysterciensis ordinis fundare iam ceperimus et consummare auxiliante domino feliciter et efficaciter intendamus, presentium memorie committendum et futurorum notitie duximus declarandum, quod ipsum fundationis nostre locum dictum Kyrchæin, quem pro monasterio construendo predictis sanctimonialibus feminis coadunatis manibus Ludewici et Conradi karissimorum filiorum nostrorum donavimus et possessionibus iam dotavimus hic subscriptis: in Buheln ius patronatus ecclesie cum curiis curtilibus pratis pascuis silvis ac omnibus aliis eidem ville et hiis duabus videlicet in Obern Roden[3] et in Nidern Roden attinentibus, in Zysewingen curiam unam, in Holzkirchen unam, in Morsprunne unam, in Maigingen unam, in Wlvelingen[4] unam curiam et curtilia duo, in Durengenhain curiam unam et novale quoddam, curiam dictam Phawen[5], in Butenbrunne[6] curiam unam, curiam dictam Kogelrôch[7], in Tanbach duas curias et

[1]Hebr. 13, 14.
[2]Luc. 16, 9.
[3]Bleichroden.
[4]Ober- und Unterwilflingen.
[5]Unermittelt.
[6]Eventuell Büttelbrunn, Langenaltheim, WUG.
[7]Unermittelt, in der Gegend von Kirchheim im Ries.

mansum unum, in Tanhusen curiam villicalem, – hec omnia cum agris silvis campis pratis pascuis cultis et incultis viis et inviis et omnibus iuribus et attinentiis suis monasterio prenominato et sororibus inibi deo deservientibus iam a nobis pure et absolute data cum nemoribus atque silvis in Kyrchhæin, in Butenbrunne et in Rôden[8] sitis, quas ipsis dedimus sigillatim, salva et integra per nos et omnes heredes nostros eidem monasterio volumus perpetuo conservari. Preterea cum constet, ordinem Cysterciensem a sede apostolica et munificentia imperii specialis prerogative gratia pre ceteris religionum ordinibus sublimatum taliter et exemptum, ut super bonis et hominibus suis nullum habere debeat nisi filium virginis advocatum, nos eadem gratia prenominatum fundationis nostre locum frui volentes perpetuo et congaudere nichil nobis iuris vel heredibus nostris reservavimus nomine advocatie defensionis procurationis vel quocumque alio nomine seu vocabulo vulgariter sive legaliter censeatur in monasterio supradicto vel in possessionibus et rebus eiusdem, quas in ipsa fundatione a nobis aut aliunde habuit vel in posterum habebit domino providente. Ut autem ista donatio robur obtineat firmitatis et futuris temporibus firma permaneat ac inconvulsa, presentes litteras conscribi fecimus et sigillorum nostrorum et testium subscriptorum, videlicet comitis de Kastel[9], Waltheri dicti Hâggen, Růdolfi dicti de Kazenstein, Conradi dapiferi, Gerungi pincerne de Eringen, in quorum presentia hec facta sunt, duximus munimine roborandas. Testes autem huius rei sunt: comes Heinricus de Kastel, Waltherus dictus Hagge, Růdolfus dictus de Kazenstein, Conradus dapifer et Conradus filius suus, Gerungus pincerna de Eringen et Raveno frater suus de Snaîten[10], Eggehardus de Merkingen et Dietericus frater eius, Eberhardus dictus Cresse, Sifridus de Tůnschalkingen, Růdolfus de Kallendin, Conradus Friko milites, Růdolfus de Giselingen et alii quam plures.<br> <br> Actum in Walrestein, anno domini MCCLXX., in die sancti Jeronimi.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Von den 6 (1, 3, 5, 6 an roten und gelben, 2 an roten und weißen, 4 an roten, gelben und weißen Seidefäden) angehängt gewesenen Siegeln sind noch folgende vorhanden: 1) des Grafen Ludwig von Oettingen, bereits Bd. 6 S. 111, 119, 223 beschrieben. 2) undeutlich: rund, c. 40 mm, (IV. A. 1.): ? ein auf einem Berge stehender Wolf, von der Umschrift: + S . W . . . . NEVDENNAU erhalten, somit wohl das Siegel eines Herrn von

[8] Unbestimmt, ob eines der zuvor genannten oder ein anderes in der Gegend gelegenes Roden gemeint ist.

[9] Abgegangene Burg bei Rüdenhausen, KT.

[10] Unterschneidheim.

Neudenau (Stadt, bad. A.-G. Mosbach); jedenfalls nicht wie man vermuten sollte, des Grafen Heinrich von Castell (bair. A.-G. Wiesentheid), welcher einen geteilten und gespaltenen Schild führt. 3) des Rudolf von (Hürnheim-)Katzenstein, ziemlich beschädigt, dreieckig, 58, c. 55 mm, (IV. A. 1): eine stehende Gans, von der Umschrift erhalten . . . . LVm . RVDOLFI . DE . H . RNHEIM . 5) des Truchsessen Konrad von Rechenberg, zerbrochen, dreieckig, c. 43, c. 40 mm, (IV. A. 1.): ein Rechen; Umschrift: + S . CVNRADI . DABIFERI . DE . REGHIN . ERC (Burg Rechenberg zwischen Hohentrüdingen und Spielberg). 6) des Gerung von Ehringen, zerbrochen, dreieckig: (IV. A. 1.): eine aufrechte Hirschstange; Umschrift: + S . GERVNGI . P . . . NE . DE . ERINGEN .

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Fürstlich Oettingen-Wallerstein'sches Archiv Harburg, Schloss

**Signatur/Titel des Originals:**

U I, 5082

**Überlieferung und Textkritik:**

Original. Abschrift: StA Augsburg, 1997 abgegeben vom StA Ludwigsburg, alte Signatur war B 464 Bü 1.

**Editionen:**

Wittmann: Monumenta Castellana, Bd. 1, S. 58.

**Regesten:**

Beschreibung des Oberamts Neresheim, hrsg. Von dem Königlichen statistisch-topographischen Bureau, Stuttgart u.a. 1872 (Beschreibungen des Königreichs Württemberg, 54). [ND Magstadt 1962], S. 347. Beschreibung des Oberamts Ellwangen, hrsg. Von dem Königlichen statistisch-topographischen Bureau, Stuttgart u.a. 1886 (Beschreibungen des Königreichs Württemberg, 64). [ND Magstadt 1963], S. 746 und S. 769. Georg Grupp (Bearb.): Oettingische Regesten, 3 Bde., Nördlingen 1896-1908, Nr. 127. Die Urkunden der Fürstl. Oettingischen Archive in Wallerstein und Oettingen 1197-1350, bearb. von Richard Dertsch unter Mitwirkung von Gustav Wulz, Augsburg 1959 (Schwäbische Forschungsgemeinschaft bei der Kommission für Bayerische Landesgeschichte, Reihe, S. 20, Nr. 48.

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Wallerstein

**Ortsindex:**

Bleichroden Wohnplatz (4963)<br> Bleichroden, Tannhausen, AA<br> Bühl im Ries, Alerheim, DON<br> Büttelbronn, Langenaltheim, WUG<br> Castell (Burg), Rüdenhausen, KT, W<br> Dambach Wohnplatz (4931)<br> Dambach, Stödtlen, AA<br> Dirgenheim Wohnplatz (4618)<br> Dirgenheim, Kirchheim am Ries, AA<br> Dorfmerkingen Wohnplatz (4695)<br> Dorfmerkingen, Neresheim, AA<br> Dunstelkingen Wohnplatz (4024)<br> Dunstelkingen, Dischingen, HDH<br> Ehringen, Wallerstein, DON<br> Geislingen Wohnplatz (4970)<br> Geislingen, Unterschneidheim, AA<br> Hohentrüdingen, Heidenheim, WUG<br> Holzkirchen, WÜ<br> Kalden, Altusried, OA, W<br> Katzenstein Wohnplatz (4032)<br> Katzenstein, Dischingen, HDH<br> Kirchheim am Ries Wohnplatz (4622)<br> Kirchheim am Ries, AA<br> Kogelroch<br> Maihingen, DON<br> Mörsbrunn, Oettingen in Bayern, DON<br> Niederroden Wohnplatz (4940)<br> Niederroden, Stödtlen, AA<br> Oberwilflingen Wohnplatz (4976)<br> Oberwilflingen, Unterschneidheim, AA<br> Oettingen in Bayern, DON<br> Phawen<br> Rechenberg<br> Roden<br> Rüdenhausen, KT<br> Spielberg, Gnotzheim, WUG<br> Tannhausen Wohnplatz (4968)<br> Tannhausen, AA<br> Unterschneidheim Wohnplatz (4978)<br> Unterschneidheim, AA<br> Unterwilflingen Wohnplatz (4979)<br> Unterwilflingen, Unterschneidheim, AA<br> Wallerstein, DON<br> Ziswingen, Mönchsdeggingen, DON